

2. *Ἰὰ πωμυκὰ.*

Memoriæ tabulis inscribantur vs. 2. 6. 11. 21. 22.

3. *Ἐὰ δὴ μνησθηκὰ.*Habeantur ex hoc capite *duæ conciones.* (1) Ex Exordio & priore parte narrationis. (2) Ex parte ejus posteriore.vs. 6. & 11. pertinent ad *Dom. Jubilate.* Potest ex iisdem quoque haberi concio *Ἐὐαγγελικὴν* in funere.vs. 22. referatur ad *Dom. 2. Adv. & 26. Trin.*

CAPUT XXXI.

1. *Nexus & Argumentum Capitis.*

Quale caput antecedens, tale est & istud sine intervallo subsequens, nimirum *Ἐὐαγγελικὸν - Ἐὐαγγελικόν.* Constat enim ex continuâ tela promissionum Evangelicarum de beneficiis N. T. ideò à Propheta auditoribus inculcatis, annotante *Luthero*, ut in fide & patientia corroborentur.

2. *Partitio Capitis.*

Distribui potest caput istud in tres partes. In (1) sub typo liberationis populi ex captivitate Babylonica & reductionis in patriam pinguntur beneficia N. T. usque ad vs. 15. In (2) Incommoda, quæ regno Christi, cujus beneficia illi propria, videri poterant obfutura, diluuntur, inde usque ad vs. 31. In (3) denique subjicitur Prophetia de pacto N. T. inde usque ad finem capitis.

3. *Uusus Capitis.*

Uusus capitis coincidit cum usu præcedentis capitis. Monentur enim iterum ministri Ecclesiæ, ut concionibus Evangelicis fidem ac patientiam suorum Auditorum conservare ac corroborare studeant.

Explicatio 1. partis.

Novem beneficia promittuntur Ecclesiæ N. T. I. Beneficium *Cooptatio universarum cognationum Israel in populum.* Intelligit per Israël non tantum tribus illas decem, quæ olim regnum Israël constituebant 1 Reg. 12. Sed *Israëlem spiritualem*, qui ab Apostolo appellatur *Israël DEI Gal. 6, 16.* id est, Ecclesiam, vel cives Ecclesiæ, voce Evangelii

y. l.